



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.LII. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. LII.

Sancti Patris Benedicti. M. DC. LXXII.

Turbatissimis in Gallia rebus, nutantibus Regni columnis, trepidantibus universis, Martiali prorsus generositate & Constantia Virginum nostrarum in Calvaria sese animus prodidit, cum inter extremas calamitates, bonorum omnium everisionem & direptionem, necessitatem & indigentiam miserandam, interque afflictionum & injuriarum congeminata undique mala, ipsae quasi sui inmemores, Dei Clementiam pro sola Regum ac Regni conservatione, pauperumque sublevatione exorarent, ipsae imperturbatae prorsus, summa cum omnium admiratione, & Reginae in primis Christianissimae Annae Mariae, Divinis servitio & laudibus alacres insisterent; visae eidem Sanctissimae Memoriae Principi, Caelo ipsi vim inferre, quibus proin se, & Regem filium quam enixissime commendabat. Et revera verosimile & Reginae ipsi, & bonis omnibus visum, & in tanto rerum praecipitio, exporrectas in caelum tam dilectarum Deo sponzarum supplices manus, preces, & Vota, tantum apud Divinam Majestatem potuisse, ne Regnum amplissimum & fortunatissimum, ingenti cum aemulorum & hostium plausu, in exitium ipsum & incomparabilem multis saeculis ruinam devolveretur. Incubuit praeter alios pro honore & vita Regum servanda, & pro Regni bono publico Regij Generis Virgo Magdalena de Rieux, dicta de Passione, Generalis sanctissimae Congregationis Antistita, & Gubernatrix meritissima, quae victima Numini cadere pro Regno elegit, cumque alias in delicatissimum crudelissima esset corpusculum, Reginae amantissimae contuita, & Regis ac Regni periculum, in contuitu Regum Regis suppliciter prostrata, tantum sese non ipsam omni suppliciorum genere confecit, ut iratum placaret Numen, atque intentata Regno flagella averteret, dies noctesque plorando & implorando, sequi pro alijs maestando & immolando: *ieiunijs, vigilijsque*, inquit saepe citatus Author, *penam confectam sese, calicis, catenis ferreis, crebrisque disciplinis sic cruentabat, ut non vestes modo, sed parietes ipsi, ipsa denique cubiculorum pavimenta, tam nobili sanguine passim purpurata, ad audacis dexterae ictus, tantaque virtutis quotidianos in corpore*

Calvarien-
sum no-
strarum
Virginum
de Gallijs
munita.

Agnoscent
eadem ipsi
Reges.

Magdalen-
na de Pas-
sione.

Denique se ip-
sam confecit
pro Regum
& Regni
salute.

pus

Congrega-
tio Anglica
na multum
laborat.

Nullum
nosri aver-
santur pe-
riculum.

Hermanus
zur Geist
Leisbor-
nensis Ab-
bas.

In Anglia, Interregni occasione, mutato rerum omnium Ordine, mira industria, afflictis Catholicorum rebus advigilant nostri, & si unquam aliam laudatissima illa de propaganda fide Congregatio, Zelum suum ac fervorem comprobavit, de Justitia non minus sollicita quam Religione, cum etiam Catholicis in tanto partium conflictu ambigui, diu multumque nutarent, & viri boni ac justus esset, quae ipsi vertere in partem meliorem non possent, saltem non fovere, neque patrocinari, nedum cooperari iniquitati. Quanto id periculo factum inter tot partium studia & studiosos, nemo melius perceperit, quam qui fuerit praesens, etsi non sanae mentis, non facile animadvertat, & ex hoc ipso iudicet, quantum Apostolica nostrorum Congregatio periculi subjerit, omnia incommoda & pericula, Christi & proximi Charitate solida, quam generosissime subeunte, & quantos poterat, in fide Christi, Ecclesiae Romanae, & Regis firmante, & ab omni perfidia avertebat; quod Illustribus admodum exemplis, si absque periculo res esset, posset confirmari. *Ex Monim. praefatae Congregationis.*

Extinguitur hoc ipso anno in signe Ordinis decus Reverendissimus & Amplissimus Dominus Hermanus zur Geist, Leisbornensis celeberrimi, olim Virginum, postea Virorum Canobij Abbas, vir per omnia magnus & magnificus, non solum suae provinciae & Canobij, sed & Ordinis Universi singulare ornamentum, idem de suo Monasterio & tota Congregatione Bursfeldensi optime meritis, quem sui jure merito non solum ubertim deplanxerint, sed tota provincia mille votis desideret Redivivum. *Ex Monumentis ejusdem Asceterij.*

Eximitur hoc ipso anno 1651. rebus mortalibus Ill. mus Princeps Bernardus à Mutis Romanus, qui saeculi relictis pompis gloriosior ex Duce Monachus, cucullum in Monasterio S. Pauli de Urbe professus, perfectionis Monasticae studiosissimus in Caecodamones plurimum potuit, totusque in liberandis energumenis fuit, ibidem cum odore Sanctitatis feliciter decedens. *Ex Communie. Reverendissimi Cornelij Margarini Abb.*

pus Virgineum insultus prorsus & erubescerent & expavescerent. Ut facile omneris, quantum in necessitate publica, & à tanta Regina exorata elaboraverit, quantum conata sit, quantum meruerit, cum aliàs omni tempore orationi, vigiliis, ieiunia, dolorum acerbitates jungeret, sat superq; aliàs continuo à Numine paternis, etli acerrimis flagellis, castigata, & gravissimis infirmitatibus & ægri tudinibus debilitata.

*A Numine
graviter
affligitur.*

Nimius essem, inquit idem scriptor, si ferendorum aduersorum quorumcumque incredibile studium describere vellem: Verè per totam Vitam Magdalena à Passione iure optimo cognominata, laborum dolorumque sui ardentissima astuavit. Nunquam tamen crudelius in seipsam sevit, quam quando Generalem Superiorem egit: cum dlo tempore privatam agens personam à Superioribus prohiberetur. Superioritatis autem sue annis usa in femorisam, quæ pollebat, autoritate, corpusculo suo insensissima hostis, insontem Virgineam & tenerrimam carnem, exquisitis supplicijs incessanter mortificaret & perfectissimè Spiritui subieceret. Ceterum quam rigida sibi, tam facilis benigna & compatiens alijs, in prevaricatoribus & neglectrice Regula sacrosanctæ rigide animadvertebat; Saepè cum errantes coercere cogebatur, inquit Tribout, obortis lachrymis, ingentique ingemiscens animi dolore exclamabat. DEUS bone!

Compatiensissima.

Quis sicis oculis ferat tam Sancta Vocationis ineffabili gratia, tanto tepore & infida mentis oscitantia obscurari? Volo mansuetudinem agnellorum imitari in subditas, uspoie omnes bona Voluntatis Virgines; si vero in Congregatione occurrerent, que bono adversare, sponte vitijs adhaerent, leonibus terribilior facta, in victa obfisterem, omni prorsus pace recusata, Nec opus erat manuettissima Virgini, rigore inulio in coercendâ suarum licentia, verum potius à rigore nimio prohibendis, cum Matris pieraque exemplis incitate, tenerrimæ iuventulae, supra atatem & vires sese extenderent, aliæ infirmitatibus pressæ & fessæ senio, majora etiam seipsis proponerent, quæ prudentissimè omnia Magdalena attemperabat, ipsa amor omnium facta, cum tantopere universas diligeret, omnia omnibus fieret: frequentius dicere solita: Omnia Charitati & Sanctæ Amicitie impendenda, quin & omnibus commodis præferenda: Hunc etenim Con-

*Insigne
eiusdem
a. m.*

gregationis Calvarie genium, hanc thesseram Monialium Christi Cruci confixarum esse. Prævidit prædixitque mirabilis Christi & illuminatissima sponsa, indignissima hujus postremæ ætatis, sapientum in oculis suis, execrandorum in oculis, & Judicijs DEI, Religioso aburentium nomine, effigia (ut putant) sacri rigoris, consilia, & dictata, quibus dictatæ à Divino Spiritu Regulæ, huic tempori, ætati & naturis minimè congruere, DEI sapientiæ, ordinationi & gratiæ, sua sensa præponere, imo hæc contra DEI credentes Spiritui, & promissis, propugnare veriti non erant, sæpius contra Philautiæ & Sapientiæ humanæ, à carnis in spiritum Dominio, inque simplices fraude lugubriter conquesta, quibus à Divino dictatæ Spiritu Regulæ penè ludibrio & tanquam aniles tabulæ & nugæ haberentur, quibus teneri viros sapientes & matronas, seu Virgines, ipsa sua gravitate eximias indignum esset, sed sua quemcumque Religiosorum concessa à numine ratione & rationis directione pro temporis usu & consuetudine ducendum; quasi Regulæ tam simplices, & simplicissimis solum sæculo & hominibus scriptæ & inspiratæ essent, inexplicabili cum injuria Numinis, & deceptione talia credentis, totius pernitie Sacri Ordinis. Et verè hos vulpes, quæ demoliuntur Vineas Domini dixeris, dum hi Charitatis & compassionis prætextu, suavis, ut Syrenes, illicitijs, facilè, sed periculosissimè illudant teneris, simplicibus & promptius credulis. Impetebat, pergit Author, potissimum, amoris proprii ac Philautiæ astus in diem rerudescences, solita dicere: invadendū in tales defectus, & vorandos amoris Divini omnipotente robore. Ut autem efficaciori tentatis à Cacodæmone, carne & ejusmodi susurronibus foret solatio: Versor, inquit hæpissimè, in vestro statu, in vestris omnino fluctibus, susque deque acta & circumacta; hæc & illa adhibeo remedia, quibus, si etiam utamini, ingentes in via salutis profectus facietis, victrices semper anime & Dæmoni terribiles. Et subdebat: O anima illius incredibiles delicias, que naturam semper Gratia subijci, & Voluntatis propriæ præpostera studia, obedientie sanctæ emancipat. Et mirabile sanè est, quantum Magdalena, ejusmodi exemplis profecerit, nomine non ad actus

*Quæritur
super Reli-
giorum
regulatis.*

*Regule à
Divino
Spiritu di-
ctata.*

*Qualiter
egerit cum
tentatis.*

tan-

tantæ Principis, & emeritæ Anuitiæ, sedulo attendente.

Francisca
Renata
Duc. Lo-
thar.

Nec minore solertia, & creditarum sibi filiarum, & Regni utilitatibus ac felicitati consuluit Francisca Renata Lotharingiæ & Guisiæ Ducissa, Montis Martyrum Abbatissa, & Margarita Angelica de Berhune, Comitissæ Orvallenfis filia, S. Petri Remensis Antistita, quæ lectissimæ Virgines, quanto imbecilliores sexu, tanto gratia in oculis Numinis valentiores, summo procul dubio emolumento Regno Galliarum afflictiissimo suis precibus & interventu fuisse: E quibus posterior, cum DEO quasi contendens, dum hujus permissione, omnibus pene sustentationi necessarijs, per tantos patriæ fluctus orba-

Inviola in
tribulationibus.

ta fuisset, in demerendo tamen Numine tanto ferventior extitit, & quæcunque habere potuit, ad honorem prius Numinis, quam sororum & filiarum commoda convertit. Cum enim turbulentissimis Regni motibus, temporalium penè bonorum omnium, licentiâ militari & hostili jacturâ quotidie faceret, tanto magis in demerendum sibi omni arte Numen exarsit, & Coelites sibi Patronos adjunxit, atque Basilicam suam, & præstantissimas horum Reliquias, undique conquistas & comparatas ex-

In conqui-
sitione SS.
Reliquiarum occu-
patisima.

quisitissimè adornando, perque illos DEI Misericordiam invocando & quasi cogendo, nomen sibi æternum ac meritum, tam in cœlis quam terris comparavit. Satis sibi superque dives & felix cum suis visa, si sacra coelitem ossa omnibus præferenda thesauris, illusterrimum suum Cœnobium beassent, Ita non sine singulari Numinis & Cœli favore, magno ditata, thesauro est sanctarum Reliquiarum S. Timothei & Sociorum Martyrum in Diœcesi olim Remensi, illustri agone consummatorum; Sacris dein ossibus non paucis S.

Hæc pau-
pertatem
suam solat.

Dionysij Areopagitæ & sacrorum Collegarum, nec non S. Ursulæ & Sociarum, præcipuè autem Sancti Guntherij Tulli in Gallia sub Juliano Apostata passi; quæ omnia cum prisca Sanctorum Apostolorum Petri, Bartholomæi, Andreæ, Thomæ, & Philippi sacris exuvijs splendide curavit, & hac sacra divitiarum sorte, omnem suam paupertatem solata recreavit. Sed & præcipuè Ordinis Institutrici Tutelari & Matri, Matri Virgini, in tanta rerum

omnium jactura statuam argenteam, quatuor pedum altitudine confici curavit, & lampades, calices, vasa alia omnia, dum ipsa egeret, Numini argentea & aurea undecunque conquiriti & obtulit; etiam jejuno cum suis ventre in laudes Creatoris in Choro effusissima: verè Angela, & per omnia Angelica: namque providentiâ, inquit author noster, & regimine Angelico, omnes sibi subditas mutue charitatis stabili & concordifœdere junctas, Angelorumque concentus imitatas, in Angelos, Mater ipsa Angelica transformavit, &c. Ita citatus sæpe rerum Calvariæ Scriptor:

Omnes sibi
creditas
Angelicos
quasi red-
dit.

IESU CHRISTI ANNI S.M.DC.LIII.

Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXIII.

Terum nova, novissimis hæc temporibus, cœlo universo approbante & applaudente, in Ordine nostro, memorabili cum fructu instituitur Congregatio, ipsâ Christianissimâ Galliarum Reginâ, natâ Hispaniarum Principe, initium dante, ac dein nostris in ejusdè prolacione strenuè cooperante, Virginum nimirum Benedictinarum, dictarum De Venerabili Sacramento. Ex ordina hoc ipso anno sic habent: Anna Austria, præsentissima Gallia Regina (Verba sæpe laudati Scriptoris sunt) Hujus Institutrici præcipua fuit Juvenitrix & parens. Ultimis enim & civilibus Parisiensium bellis, totam illam Urbem intestina cæde vastantibus, pulsa è solio, pulsa ex Urbe tandem cum filio suo Rege adhuc penè in cunabulis, furori cedens, & latere cœcta, voto se abstrinxit; scilicet, Quod si DEO dante posset aliquando ad solium redire, in Urbem, & ad Regni Governaculum, in gratiarum actionem, Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento Cultum, & adorationem perpetuam à Virginitibus Religiosis, diu nocturne reddi, imperaret. Hoc certe ita DEO placuit, huncque placavit, ut tercio, post votum emissum, die, Rex, Ipsiusque Mater, cum Regni proceribus convenirent, pacem cum illis inierint; Parisios tandem, in Aulam, & ad thronum siverint revocati. Tunc Regina Beneficij a DEO accepti, & Voti memor, ipsum adimplere curavit. Ad hunc finem destinavit primum Religiosas Virgines Ordinis Sancti BENEDICTI, quæ tunc ex Monasterio Immaculata VIRGINIS Conceptionis, Rambervillana Urbis in Lotharingia, Diœcesis Tullensis, ob bellorum procellas Parisios confugerant: eisque per lit-

Congrega-
tione Sacra-
menti.

Institutrix
prima Re-
gina Gall.